



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Verberatio proximi dupliciter consideratur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

*Verberatio proximi dupliciter  
consideratur.*

**P**ercussio, qua proximus verberatur peccatum est mortale ex suo genere, quia iniuriola est & nocet proximo. Propter imperfectionem tamen actus si minima est, venialis est. Quod si autoritativè fiat, vel à iudice, vel à Præfato, patre magistro &c. non est peccatum, sed opus iustitiæ & charitatis, modò non sit immoderata nec malo animo fiat.

*Promissum non observans an semper peccatum committat.*

**P**erfidia, qua homo non facit quod promissit, peccatum est: utpote contra virtutem fidei, qua fiunt dicta: quia promissione facit se homo debitorem implendæ promissionis. Invenitur autem triplex: scilicet perniciofa, officiosa, & iocosa. Et iocosa quidem ac officiosa, venialis est: quoniam ex simplici promissione non nascitur maius debitum quàm sit naturale debitum non mentiendi: nam utrumque debitum est debitum mortale, sine quo morum honestas salvari nequit: & ad eandem virtutem reduci creditur, scilicet ad virtutem veritatis: & utrumque ad alterum est, pro coniunctu, utilitate & conversatione humana. Perniciofa autem (quæ, s. nocet primo, siue quò ad animam, siue quò ad corpus aut res) peccatum est mortale sicut mendacium perniciosum. Et hæc de perfidia simplici dicta sint. Nam quum promissio, transit in debitum legale (ut quum quis promittit ita quod potest quantum est ex vi promissionis cogi in iudicio humano) tunc supra debitum morale adiungitur debitum legale, & per hoc debitum iustitiæ. Et si non servatur promissa, incurruntur duo crimina. s. perfidiæ, & iustitiæ, quam constat ex suo genere.

Esesse